adhuc toto desiderio terrenis diviciis et honoribus inhiant. Jam ne vero exhibeatur gratia vera fratres mei quod dicere potestis prudens dictum est nobis. Sunt quibus Christus necdum passus est qui labores fugiunt mortem metuunt adhuc quippe vivit ille et labores sustinendo et mortem moriendo non vicerit. Sunt quibus necdum surrexit qui in laboribus anxietate et afflictione penitentie mortem afficiuntur tota die necdum spirituali consolatione recepta. Sed nisi breviati fuissent dies illi quis posset sustinere. Aliis resurrexit Christus sed necdum ascendit pro eo quod eis adhuc pia dilectione commoratur in terris hiis scilicet qui in devotione sunt tota die flent in orationibus suspirant in meditationibus suis et omnia festiva et iocunda sunt eis et per omnes dies illos quotidie alleluia cantatur. Sed oportet hoc eis subtrahi ut discant vesci solido cibo et expedit eis ut Christus vadat et hec temporalis devotio detrahatur. Sed quia hec nisi per Christum poterunt destitutos sese a domino putantes gratia conqueruntur sed experiuntur paululum sedeant in civitate donec induantur solidiori quadam virtute ex alto et maiora percipiant carismata spiritus sancti sicut apostoli in gradum promoti sunt altiorem et supereminentiorem viam caritatis ingressi non iam solliciti quo fleret paululum sed quomodo magna quadam victoria de suo adversario triumpharet et gauderet sathanam sub pedibus suis. ||

Sermo VI. in octava pasche. De epistola Iohannis ewangeliste.

Sermo vi in octava pasche de epistola Iohannis ewangeliste.

Omne quod natum est ex deo vincit mundum. Postquam unigenitus dei non rapinam arbitratus est esse se equalem deo hominis quoque dignatus est fieri filius et haberi, minus ut homo non immerito iam de celesti generatione exiguitas humana presumit. Neque enim indignum est deo eorum fieri patrem quorum se Christus fecit fratrem. Hinc est quod beatus Iohannes qui sepius nobis ac studiosius hanc commendat adoptionem filiorum dei in ipso quoque evangelii sui principio: Quotquot inquit receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Huius igitur verbo simile est quod audivimus hodie de eius epistola recitari: Omne inquit quod natum est ex deo vincit mundum. Quotquot enim sunt Christi cum Christo eos mundus odit sed cum Christo superatur prout et ab ipso: Nolite inquit mirari si odit vos mundus scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et iterum: Confidite inquit quia ego vici mundum. Sic nimirum manifesta fit sermonis illius veritas quem apostolus ait: Quos prescivit inquit haut dubium quod deus prescivit et predestinavit conformes fieri imagini filii dei sui. Unde conformitatem post ipsum adepturi ut sit ipse primogenitus in multis fratribus post ipsum odit eos mundus post ipsum et ab ipso vincit mundus. Bene ergo quod natum est ex deo vincit mundum ut sit testimonium celestis generationis victoria temptationis. Et sicut is qui filius est per naturam mundum in se proprie triumphavit sic et nos victores inveniamur quotquot sumus filii adoptionis. Victores sumus sed in ipso qui confortat nos in quo et possumus omnia. Et hec est victoria que vincit mundum fides vestra. Fide siquidem in dei filios adoptamur. Fidem in nobis mundus in maligno positus odit atque persequitur. Fide quoque et vincit sicut scriptum est: Sancti per fidem vicerunt regna. Quid vero attribuatur fidei victoria cum hec sit etiam vita. Iustus inquit ex

fide vivit. quotiens ergo temptationi resistis totiens vincis malignum
Noli propriis attribuere viribus noli in te sed magis in domino gloriari. Quomodo enim
fortis ille armatus tue cederet infirmitati. Audi denique quid dominicarum constitutus
pastor ovium admoneat. Adversarius inquit vester dyabolus tamquam leo rugiens
circuit querens quem devoret cui resistite fortes in fide. Vides quemadmodum sibi
victoriarum testimonia concinant. Paulus dicit fide regna vicisse sanctos petrus prin
cipi mundi resistendum in fide. Johannes quoque hec est inquit victoria que vincit
mundum fides vestra. Sequitur. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quod
Ihesus est filius dei. Certum id quidem fratres omnem qui non credit in filium dei Ihesum christum
ipso iam non modo victum esse sed etiam iudicatum sine fide enim impossibile est pla
cere deo. Verumtamen potest forte movere quod tam multos videmus credentes Ihesum
filium dei esse adhuc tamen mundi nequaquam cupiditatibus victores. Quid
ergo ait. Quis est qui vincit mundum nisi qui credit quoniam Ihesus est filius dei
cum etiam ipse iam mundus id credat. Annon ipsi quoque demones credunt et
contremiscunt. Sed dico putasne filium dei reputat Ihesum quisquis ille est
homo qui ipsius nec terretur comminationibus nec attrahitur promissionibus nec pre
ceptis obtemperat nec consiliis acquiescat. Nonne is etiam si fateatur se nosse
se deum factis tamen negat. Porro fides sine operibus mortua est in semetipsa
nec sane mirum videri potest si nequaquam vincit que nec vivit quidem
Queris que nam sit viva fides et victoriosa. Illa sine dubio per quam
christus habitat in cordibus nostris. Christus enim et vita nostra est et virtus. Cum christus
apparuerit vita vestra ait apostolus tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Un
de gloria nisi de victoria. Aut quare cum ipso apparebimus nisi quia et in ipso
et vincimus. Denique si hiis tantum datum est potestas filios dei fieri qui fide
recipiunt christum de hiis quoque solis intelligendum est quod dicitur. Omnis qui natus est ex
deo vincit mundum. Inde est quod hic quoque cum dixisset. Quis est qui vincit
mundum nisi qui credit quod Ihesus est filius dei ut plenius exprimeret etiam quenam
sit fides per quam ut dictum est christus in cordibus nostris habitat addit continuo
de ipsius adventu dicens. Hic est qui venit per aquam et sanguinem Ihesus christus
Adhuc autem superaddit evidentius ostendens. Spiritus sanctus qui testificatur
quoniam Ihesus est filius dei. Sane quod interponit subiungit repetens non in aqua
solum sed in aqua et sanguine. addiderim Moysi arbitror accipiendum. Moyses siqui
dem in aqua venit aqua et nomen accepit ut Moyses vocaretur. Recolunt
quibus nota est historia veteris testamenti quemadmodum in Egipto dum punir
entur israelitici generis recentes expositum in aquis Moysen tulerit filia
Pharaonis. Et inde si non manifeste christi etiam in hoc ipso videtur expressisse fi
guram. Sub illo tempore cum pharaone etiam herodes suspicione liberorum ad eadem
conversus est crudelitatis argumenta sed eodem modo est et ipse delusus. U
trobique pro uno suspecto plures trucidantur innocentes parvuli. Utrobique
qui querebatur evadit. Et quem Moysen filia pharaonis tunc quoque christum egip
tus que non inconvenienter filia pharaonis intelligitur suscepit conservandum. manifeste
enim plus quam Moyses hic utpote qui venerit non in aqua tantum sed in aqua et in

sanguine. Aquae enim multae populi multi sunt. Venit ergo in aqua tantum qui aggre-
gavit quidem populum sed populum non redemit. Nam et ipsa quoque de servitu-
te Egyptia liberatio non Moysi sed agni sanguine facta est liberandos nos
praefigurans a vana nostra conversatione, hujus scilicet sanguine agni immacula-
ti Jhesu Christi. Hic est vere lucifer noster apud quem copiosa redemptio est. Mor-
tuus est enim non tantum pro gente sed ut filios dei qui dispersi erant congrega-
ret in unum. Memento sane hunc esse Johannem qui vidit et testimonium perhibuit
et scimus quia verum est testimonium ejus, exisse de latere domini dormientis in cruce
sanguinem simul et aquam, quo videlicet dormiente novo Adam nova de late-
re suo proferretur pariter et redimeretur ecclesia. Sic ergo hodie admonemur quo-
niam per aquam et sanguinem venit, ut sit aqua et sanguis testimonium ad-
ventus ejus fideique victricis. Non solum autem sed testimonium est majus hiis quod per-
hibet spiritus veritatis. Horum trium testimonium verum certumque est et felix anima
que meretur illud accipere. Tres enim sunt qui testimonium dant in terra: spiritus
aqua et sanguis. In aqua quidem baptismum intellige, in sanguine martirium,
in spiritu caritatem. Spiritus est qui vivificat, et fidei vita dilectio. Denique si
queris quid spiritum et caritatem, videat apostolus quia caritas diffusa est in
cordibus nostris per spiritum qui datus est nobis. Nemo quoque spiritui addicatur aque
et sanguini, cum eodem apostolo teste sine caritate quicquid habeas nichil pro-
sit. || Jam vero quia baptismum aqua, martirium sanguine diximus designa-
ri, memento et unum esse quotidianum baptismum sicut et martirium. Est
enim martirii genus et effusio quedam sanguinis in quotidiana corporis
afflictione. Est et baptismus aliquis in compunctione cordis et lacrimarum
assiduitate. Sic quippe pusillis et infirmis corde necesse est ut quia se-
mel pro Christo ponere non sufficiunt saltem minori quodam sed diuturno
martirio sanguinem fundant. Sic et baptismi sacramentum quod iterari
non licet hiis qui sepius offendant in multis frequenti oportet ablutione
suppleri. Unde et propheta: Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrimis
meis stratum meum rigabo. ¶ Vis ergo nosse quis est qui vincit mundum?
Que in eo vincenda sint diligentius intuere. Siquidem et hoc ipsum beatus Johannes
indicat dicens: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Omne enim
quod in mundo est concupiscentia carnis est aut concupiscentia oculorum et ambitio seculi. Hec
sunt tres turme quas fecerunt Caldei. Sed memini, fratres, quoniam Jacob fecisse
tres turmas cum timeret a fratre Esau rediens de Mesopotamia. Et nobis
ergo adversus triplex genus temptationis triplici opus est munimento,
ut carnis quidem concupiscentia ipsius mortificatione vincatur, quam si meministis
in sanguinis testimonio diximus intelligendam. Oculorum vero concupiscentiam superet stu-
dium compunctionis et assiduitas lacrimarum. Porro ambitionis vanitatem vir-
tus caritatis excludat, que sola castificat animam, sola purgat intentio-
nem. Certum quidem triumphati mundi testimonium est si corpus castiges et
subicias servituti, ne periculosa libertate serviat voluptati. Si fletibus
precludas oculos magis quam petulantie vel curiositati. Si denique spirituale

dilectione flagitiis nulli cum dederis [illegible] aperto sane unus est qui in
terra pariter et in celo perhibet testimonium spiritus qui sive corporis afflictio res
sabit sive lacrimarum fontes exscribit sed certius nusquam excedit. Probatio
quidem est in presenti consummatio et plenitudo manet in futuro. Verum
licet maneat post aquam et sanguinem spiritus aqua quippe et sanguis reg
num dei non possidebunt interim aut vix nullo modo invenire est spiritum
sine illis quoniam hii tres sunt inquit unum ut quolibet ex hiis tribus deficien
te adesse cetera non presumas. Simul enim nota testimonia ista credibilia fa
cta sunt nimis. Nec potest tamen in celis suppetere hec cuncte testimo
nis in celis. Qui confitetur filium dei coram hominibus non verbo neque lingua
sed opere et veritate et filius quoque confitebitur eum coram angelis dei. In his ve
ro deesse poterit in testimonio pater cum filium videat attestantem? Sine
dubio confitebitur et ipse qui videt in abscondito. Sed neque spiritus quidem a
patre filioque dissentiet quippe cum patris filiique sit spiritus. Denique quoniam
modo careat testimonio eius in celo qui illud habere meruit et in terra. Tres
sunt igitur qui testimonium dant in celo pater et filius et spiritus sanctus. Et ne qua forte
dissonantiam suspiceris hii tres unum sunt. Magnum profecto habent testimonium
quos in celo pater suscepit tamquam filios et heredes. Filius admittit
tamquam fratres et coheredes. Spiritus sanctus adherentes deo unum spiritum facit esse
cum eo. Est enim spiritus ipse indissolubile vinculum trinitatis per quem sicut pater
et filius unum sunt sic et nos unum simus cum ipsis eo miserante qui pro disci
pulis hoc ipsum orare dignatus est ihesus christus dominus noster. ||

Sermo vi^us In oct. pasche de verbo iohis. tres sunt qui testi.

Ex epistola beati iohannis hodie est nobis lectio recitata in qua distinctum
testimonium datur triplex in celo et triplex in terra. Et quidem pro mo
do sue stabilitatis illud hoc expectationis est signum angelorum illud
hominum istud illud beatorum a miseriis istud viatorum discernunt ab ipsis angelis si
quidem qui in prima illa prevaricatione superbiente lucifero in veritate steterunt
meruerunt testimonium perhibet visio trinitatis hominibus quos divina miseratio
salvat spiritus aqua et sanguis. Quod testimonium perhibeat pater a quibus hono
ratur ut pater est. Tibi vero maligne sic loquitur: Si ergo ego pater ubi est
honor meus? Careas omnino patris testimonio nam est cuius gloriam usurpare
conatus es non honorare eum cupiens sed equare. Sedebo inquit in monte te
stamenti et similis ero altissimo. Ita ne non creatus patri spiritum considerabis?
Et recte verbum tibi dixit sede a dextris meis. Si nescis o impudens unigenitus ille est cui etiam generatione patris equalitas collata est et tu
sensus tu rapinam cogitans esse equalis deo filio gloriam invides gloriam quasi
unigeniti a patre ut ne ab illo ipso quidem testimonium merearis habere. Nam
vero poterit attestari a patre et filio utrisque spiritus attestari? Ab homine tam
profecto superbo et inquieto qui super quietum et humilem requiescit. Ama
tor pacis et unitatis conservator adversus te pro pace et unitate zelat
|| ego in te fies si timemus ne forte pusillam hanc vineam domini depasti

singularis ferus

Sermo vi^us In oct. pasche de verbo iohis. tres sunt qui testi.

singularis ferus incipiat quatos etiam celestis vinee palm
tes prima illa singularitas grauauit. Sed forte superbum quidem in
eo facile aduertistis non autem singularitatem. Dico ergo ubi stabat v
niuersitas angelorum inquietudinem singularitatis vitio qui se
de velle presumpsit. An forte queritis unde michi nota sit hec statio
angelorum. Duos teneo ydoneos testes quorum uterque quod vidit hoc testa
tur. Vidi dominum sedentem ait ysayas seraphin vero stabant. Et daniel
milia inquit milium ministrabant ei et decies milies centena milia
assistebant. An et tercium desideratis ut in ore trium testium stet omne
verbum. Apostolum profecto qui usque ad tercium raptus est celum et rediens
loquebatur. Nonne omnes administratorii spiritus. Sic tu ne ubi stant omnes
vniuersi ministrant tu pacis inmite sedebis. Plane contristas spiritum qui
habitare facit vnius moris in domo. Offendis virtutem qua scindis
unitatem rumpis vinculum pacis. Merito proinde angelorum qui sunt
nec ordine nec dominium reliquerunt virtutum vinculum et pacis spiritus at
testatur a quo sane tua et inuidia et singularitas et inquietudo re
probatur. Et hoc quidem de eo testimonio quod datur in celis. Est et a
liud quod in terra datur ad discernendos utique qui in ea exules sunt ab
indigenis hoc est celi ciues a ciuibus babilonis. Neque enim sine tes
timonio electos suos deserat deus. Aut certe que maior esse poterit con
solatio inter spem et metum sollicitudine anxia fluctuantibus si
nullum omnino electionis sue habere testimonium mererentur. Nouit dominus
qui sunt eius et solus ipse scit quos elegerit a principio. Quis vero
scit hominum si est dignus amore an odio. Quod si ut certum est cer
titudo nobis omnino negatur numquid tamen dulcius erit si qua for
te electionis signa hinc possumus inuenire. Quam enim requiem
potest habere spiritus meus dum predestinationis sue nullum adhuc testi
monium tenet. Fidelis proinde sermo et omni acceptione dignus quo
salutis testimonia commendantur. Hoc sane verbo et electis consolatio
ministratur et subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem sig
nis vite quisquis hec negligit manifeste conuincitur animam acci
pere auxilium suum et pro nihilo habere terram desiderabilem conspecta
tur. Tres inquit sunt qui testimonium dant in terra spiritus aqua et
sanguis. Scitis fratres quod in primo homine peccauimus omnes. In ipso etiam ce
cidimus vniuersi. Cecidimus sane in carcerem luto pariter et lapidi
bus plenum. Exinde carebamus captiui iniquitati conquassati donec
venit desideratus gentium qui nos redimeret ablueret adiuua
ret. Hic est enim qui sanguinem proprium dedit in redemptionem aquam
simul produxit de latere suo in ablutionem. Emisit deinde de excel
so spiritum suum qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse
an hec aliquid operentur in te ne forte reus sis sanguinis domini quem eua
cuas operatum in te est. Sed et aqua ipsa que mundare debuerat in sor

dibus permanenti iudiciu[m] dampnationis accumulet. Spus quoq[ue] cui re
sistis no[n] liberet maledictu[m] a labiis suis. Cruedu[m] e[n]i[m] ne sint hec tibi
infructuosa q[uam] nocivo essent peiora et dampnosa. Quis e[st] aut[em] qui testimo[niu]m
habet effusi no[n] sine causa sanguinis xpi nisi qui co[n]tinet a peccatis. Se-
cundu[m] e[n]i[m] p[ro]p[ri]u[m] est que peccatu[m] fiat ut si deinceps co[n]tinere potuit et ingra-
abicere miserie servitutis certissimu[m] sit testimoniu[m] redemptionis quam
op[er]at[us] sine dubio sanguis xpi. Veru[m] no[n] sufficit peccatori continentia si non ad-
sit etiam penitentia. Habeat ergo et ab aqua testimoniu[m] qui laborat in
gemitu suo lavans per singulas noctes lectu[m] suu[m]. Sicut e[n]i[m] sang-
uis ille redemit ut no[n] regnet peccatu[m] i[n] n[ost]ro mortali corpore sic aqua
illa abluet ab hiis peccatis que co[m]misimus ante. Sed quid erit q[uod] longo
cathenarum usu carceris habitatione crudeli confracti atq[ue] collisi desti-
tuim[ur] in via vite? Iuvatorem[us] sp[iritu]m vivificatorem et adiutorem confid-
tes q[uod] dabit pater qui i[n] celis est sp[iritu]m bonu[m] petentibus se. Sane novum
supvenisse sp[iritu]m certissime que[m] reparatio nova testat[ur]. Iam ut breviter
repetam a sanguine et aqua et sp[irit]u habere testimoniu[m] si co[n]tines a pec-
catis si digne agis penite[n]tie fructus si facis opa vite.

|| Sermo viij. In diebus rogationu[m] de tribus panibus.

Quis vestru[m] habebit amicu[m] et ibit ad illu[m] media nocte. Re-
quidem est q[uod] amicu[m] vnu[m] p[ro]hibet advenisse nec co[n]tentus
est habere pane[m] vnu[m]. Putasne ta[m] vorare estimabit a-
micu[m] ut no[n] possit sufficere panis vnus? Nam vni quidem tres ap-
pone panes co[n]sequens o[mn]i[n]o videt[ur]. Putas ergo cu[m] vxore et manci-
pio hominem advenisse ut suu[m] cuiq[ue] panem apponere velit amicus.
Ego quidem amicu[m] venientem ad me no[n] aliu[m] i[n]telligo q[uam] meip[su]m. Ne-
mo quippe carior michi nemo germanior est. Ad me ergo de
via venit amicus cu[m] transitoria deserens ad cor redeo sicut scriptu[m]
est. Redite prevaricatores ad cor. Deniq[ue] tu[n]c vere sibi quis amicus
est cu[m] de via redit q[uonia]m qui diligit iniquitatem odit a[n]i[m]am sua[m]. || A
die itaq[ue] conversionis mee de via ad me venit amicus. Venit de re-
gione longinqua ubi pascere porcos et ipsorum siliquis i[n]saciabiliter
esurire solebat. Venit fame laborans confectus media attenuatus
ieiunio. Venit nichil habens venire amicu[m]. Sed heu me pauperem
elegit hospitem et vacuu[m] ingredit[ur] habitaculu[m]. Quid faciam ami-
co huic misero et miserabili? O[mn]i[n]o e[n]i[m] no[n] habeo q[uo]d ponam ante
illu[m]. Fateor amicus est sed ego mendicus. Quid venisti ad me amice
i[n] tempore tanto? No[n] su[m] medicus et no[n] est i[n] domo mea panis. Festi-
na inquit discurre suscita amicu[m] illu[m] magnu[m] quo maiorem dilec-
tione[m] nemo habet sed neq[ue] substantiam ampliorem. Quere pete pulsa
q[uia] o[mn]is qui querit invenit qui petit accipit et pulsanti aperietur.
Clama et dic Amice co[m]moda michi tres panes. Qui sunt panes isti
frater? Vtinam merear accipere eos. Forte e[n]i[m] et ipsos nemo scit nisi